



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita**

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Famigeratio

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

ADAGIA.

Adagia. Fames in nasum concitant. Plaut. Larastem stonachum moram hand posse ferre. ...

vique adeo laborare fame ceperunt. vt carnes humanas efui adhiberent. Quibus malis adacti, semet cum vrbe Totile Gothorum Regi dederunt. Sigon. lib. 19. Anno Christi 1095. Fames grauissime omnes afflixit. pauperibus per furta & incendia ditiores grauius vexantibus. Sigebertus in Chronica. Anno Domini 1569. centum quinquaginta Rustici ad edificandum arcem Orlo. a Ioan. Bassiade Moschorum Tyranno missi coacti sunt ob annonae penuriam ex suis nouem maclare, & illorum carnibus vesci. Alex. Guaguin. in Mescon. Quam fuerit horrenda fames Hierosolymitanorum in obfidione, ostendit Gal. lib. 23. c. 24. ex Egesippo.

Famigeratio.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

FAMIGERATIO, fame disseminatio, rumorum gestatio & divulgatio, dicitur a uerbis, Hebr. haseh mare bush, a uerbis & shamabb, auditus, aultauit. famigerator igitur, a uerbis id est, quem Galli appellant sin farcur de u ualles, nouorum rumorum factor; gerullus filius Plauti; mantorum gerulus Iurife. Sermonum gestator Seneca; rumigerulus Amm. Marcell. Athenienses, inquit D. Lucas; & aduocant hospites nulli alii rei vacabant, nisi ad dicendum aut audiendum aliquid noui. Act. 17. 81. Hanc leuitatem suis ciuibus sepe exprobrat Demosthenes, nempe orat. resp. ad epist. Philippi; secunda item & tertia Olynthiaca. vide Plutarch. de curiositate. Caesar de veteribus Gallis loquens, est autem hoc (inquit) Gallice consuetudinis, vt & viatores etiam inuitos consistere cogant; & quod quique eorum de quaere re audierit aut cognouerit quarant; & mercatores in oppidis vulgus circumstant, quibus ex regionibus ueniant, quas res ibi cognouerint, pronuntiare cogant; & his rumoribus atque auditionibus permoti de summis sepe rebus consilia ineunt: quorum eos e uerbo penetrare necesse est: cum incertis rumoribus seruiant, & plerique ad eorum uoluntatem ficta respondeant. lib. 4. de bello Gall. Famigerationem festiue depingit Iuuenalis Sat. 6. his uersibus;

Instantem reges Armenio Parthorum, cometen Prima uideri: famam rumoresq; illa recentes Excepti ad Parthos: quosdam facit esse Niphates In populis, magnosq; illic cubita a uua teneri Diluio, nate are vrbes, subsidere terras, Quocumque in trino, quocumque est obuia narres.

Prolixius uero Theophrastus in Characteribus seu notationibus morum. Famigeratio (inquit) est factorum dictorumque ad arbitrium ipsius fingentis confictio. Famigerator autem is est, qui obuiis amico factus, statim mutato uultu ac repidens, interroget, unde tu, & quid ais? & habesne super hoc nouum quicquam? & pergens interrogare, nihil ne, inquit, noui dicitur? atqui fausta sanè sunt & læta, que uulgo narrantur, tum autem prius quam illa respondet, Quid ais, inquit, nihil audiuisti? Ergo ego te, sicut uideo, rerum nouarum epulis lautè excipiam. Actatim est illi aut miles aliquis, aut Astei tibicinis puer, aut mances Lyco qui ex ipso prelio sit reuerfus, a quo se dicat audisse: auctores liquidem ille tales eorum que dicitur, profert, quos nemo queat arguere. Refert autem se accepisse ab illis Polyperchonem cum rege hostes prelio fuisse & superasse: Cassandrum que uinum in hostium potestate uenisse. Quod si quis dicat, Tu autem hæc credis? Imò, inquit, rem enim clarissima omnium uoce tota vrbe ferri: rumorem crescere: omnes congruere: eadem enim de prelio ab omnibus narrari: magnum nimirum eam pugnam factum esse factum. Idque se ex eorum etiam uultu qui rem gerunt publicam, colligere, quem uiderit ipsis penitus immutatum. Addit deinde se audisse quendam, qui ex Macedonia aduenerit, quique omnibus que gesta sunt interfuerit, quintum iam diem ab illis domi occultari. Atque ubi hæc commemorauit, miserationes adiecit: at scin quomodo? Sanè quam persuasibiliter: O infelicem, inquit, Cassandrum! O uirum ærumosum! En fortuna quid possit, aut fuit certe Cassander præpotens. Tu uero, ait, tacitus hoc tecum habeto: ipse autem ad ciuium uinum quemque accurrit, vt et omnia narrat. Equidem mirari soleo quid sibi homines hoc genus fallis rumoribus fingendis spargendisq; uelint: que res, vt tacem mendacii turpitudinem, non raro ipsis incommoda euenit. Factum enim sepe, vt dum isti in balneis conuersi hæcerent, vestes interea suas furto amitterent: alii dum in porticu aut pedestri aut nauali prelio uincunt, quocvadimonium non præstitissent, grauius multati sunt. Quibusdam etiam, dum uerbes uerbis suis fortiter caperent, cœca interea loci perit. Enim uero misera est istorum uita & conditio: nam que porticus est, que officina, que fori pars, in qua dies non traducat integros, magno cum audientium, quos fallis suis narrationibus obtundunt, & odio?

Adagia. Fames in nasum concitant. Plaut. Larastem stonachum moram hand posse ferre. ...

EXEMPLA BIBLICA.

Exempla Biblica. In diebus illis in locis & temporibus exempla: Tempore morbo...

HISTORICA EXEMPLA.

Historica exempla. Arcades Cereris sacra intermississent, crudeliter ex Pythie oraculo nouum Cereri signum fecerunt, &...

pp a

# Familia.

## DEFINITIO ET ETYMOL.

**F**AMILIAE appellatioe comprehenduntur tam liberi quam serui utriusque sexus, vnus quem familiae Dominum, vel patrem familias iuri subiecti. Graec. οἶκος, domus, familia: τοῖς οἰκίαις, domestici, famuli: Apud antiquissimos, quorundam sententia, familia & familia dicebatur, tantumque de seruis: ab Osea dictioe famel, vel famul, qua illi seruum appellabant, teste Festo & Nonio Marcello, cap. 2. qui Ennium citat libr. 8. vbi haec *Mortalem summum fortuna repute reddidit, ut summo regno famul optimus esset.* Paulatin inualuit vsus vt familiae nomine liberi, & quicumq; sub vnus patris familias iure viuerent, comprehenderentur. Translata vox deinde ad eos qui sunt ex eadem cognatione, vt Caesarem familia, &c. Sueton. in Nerone: Ex gente Domitia duae familiae claruerunt. Coruinorum & Enobarborum, familia enim pro secta sumitur, vt apud Ciceronem, Peripateticorum familia, huius nominis significationem latiore vide apud Paulum Iurisc. 1. Pronunciatio, ff. de verb. signif. apud veteres frequenter occurrunt familiaria sepulchra, familiares Lares, familiaria fulmina, &c. familiares etiam pro amicis, contubernaliibus, necessariis, domesticis & familiae membris.

Hebraei domum, ades, domicilium, & Synecdochice familiam, quae domo continetur, *Baith* appellant. *Beth*, domus. Familiz curia commendatur, *Proverb. 27. 23. & 31. 15. & 1. Tim. 5. 8.* familiae suae doctor fuit Abraham patriarcha. *Gen. 18. 19.*

### SENTENTIAE VETERVM.

Familia, quae coetus est cognationis, dissimilibus sui partibus componitur, & ad patrem familias veluti optimum se refert, & concordiam, vt pote commune bonum molitur. Callistratus Pythagor. apud *Srob. serm. 83.*

Omnis familia, tanquam palsterium tribus istis indiget, apparatus, concinnitate, & correctatione, siue vsu musico. *ibid.*

Familiaris hominum ordinis partes sunt tres: prima imperat, vt maritus: secunda parem, vt vxor: tertia auxiliaris est, nempe liberi ex illis nati. *ibid.* Accedunt serui, &c.

Nostri maiores omnem domus inuidiam, omnem contumeliam seruis detrahentes, dominum patrem familias, seruis familiaribus vocabant. *Seneae epist. 47. Macrobi. lib. 1. c. 2.*

Coniuges & liberi in exercitu sunt militibus hortamenta victoriae, vel pulsus pudor. *Tacit. hist. lib. 4.*

In consilio illud est praestantiorum ciuili nullam virtutem in hominem cadere. Huius autem partem non exiguum esse in rei familiaris administratione positam plerique fatentur. Ciuitas enim corpus quoddam ex familiaris confilium cum sit, & quasi summa eorum, ita demum valida est respublica, si priuatum res ciuium bene habeant. *Plut. in compar. Aristidis & Catonis.*

Hesiodus nos ad iustitiam cum rei familiaris cura coniungendam est cohortatus, ignauam, & iniustitiae causam traducens. *Re. & haec Homerus cecinit.*

*Non operis etenim mihi frugiferine laboris Augendaq; rei, qua dulcia pigriora aluntur, Cura fuit: studium lembis remusq; dicar ami, Semper & horriserit ludam Mauortis amabam, Spiculaq; & leuis hastas, Solacresq; sagittas.*

Ostendit enim eos quibus rei familiaris studium, iniustis rebus victum suum querere. *ibid.*

Domum suam coerecere plerisque haud minus est, quam prouinciam regere. *Tacit. in vita Agricola.*

*Vide Oeconomia.*

# Familiaritas.

## DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

**F**AMILIARITAS, *conviviu*, consuetudo ipsa inter familiares & amicos. *Cicero de Amic.* Accepimus a patribus maxime memorabilem. C. Laelii & P. Laelii familiaritatem. *Terentius in Heaut.* Mihi magna cum eo iam inde vsque a pueritia semper fuit familiaritas.

### SENTENTIAE BIBLICAE.

*Cum potentioribus vivenda.*

Quando sedebis vt comedas cum principe, diligenter attende quae apposta sunt ante faciem tuam, & statue eultrum in gutture tuo, &c. *Proverb. 23. 6. 1. 2. 3.*

Aduocatus a potentiori, discede, ex hoc enim magis te aduocabit. Ne improbus sis, ne impingueris, & ne longe sis ab eo, ne eas in obliuionem. *Ecl. 13.*

*Inhonest.*

Subtrahite pedem tuum de domo proximi tui, ne quando fatia-

tus oderit te. *Proverb. cap. 25. v. 19.*

Domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuae. *Eccl. 10. 1.*

Pes fatui facilis in domum proximi, & homo periturus a persona potentis. *Eccl. 11.*

Stultus a fenestra respiciet in domum: vir autem stabit *ibid.*

Stultitia hominis auscultare per ostium, & prodire contumelia. *ibid.*

### APHORISMATA.

*Lacides* accersitus ab Attalo Rege, respondit, magis esse spectandas. Innuens archam assiduumque famulatum minueret virtutis admirationem. *Laert. lib. 4. c. 1.*

*Cato Uticensis* Munatio quarenti, quod in *Cypro* ens, parum ciuilitate repulsius esset, quum nihil ciuilitatis cum *Caudio* fabularetur: sicie purgatus *Cato* iuxta *Theophrasti* sententiam, nimis familiaris caritas daret odio. *lib. 5. apoph.*

Ea vis est consuetudinis cum amicis atque conuicia maiestatem deprimeret valeat: & in familiaritate magis odas, quae ad gloriam requiritur, vox potest. Atin eo quod sit praeditus, ea pulcherrima videntur, quae maxime cotidiane vitae rationem. *Plut. in Pericle.*

### SIMILITUDO.

*Anonymous.* Vina non modo fusi referuntur, sed etiam ad borum aut fructuum vicinorum. Ita non minus eos, vnde progeniti sumus, sed & eos quos sumus vli. *in Senil.*

*Vide Amicitia & Amicus.*

# Fastidium.

## DEFINITIO ET ETYMOL.

**F**ASTIDIUM, Graece *αποστειν*, & regio factum dicitur tem fastidium a fastu. Et autem fastidire proprie quodam contemere. *Virg.*

*Inuenies alium, si te fastidit Amyntus.*

Sumitur & fastidio pro stomachor: a quo fastidium fastidium afferens: & fastidiosis aduerbum, hoc est fastidiosus etiam fastidibiliter dicebant.

### POETICAE SENTENTIAE.

Fastidium Spirituale.

*Iacob. Bill. Anthol. Sac.*

*Pt perduunt propriam mortali corpore vitam, Si nequeunt escas sumere corporis: Sic anima nisi delictis ratiouis alacris, Dum verbi aeterni pane carere, periret, Nam quid erit, quod a procul fastidit, periret, Cum seipso fugit mensuratae Di.*

### APOLOGI.

*Pauper Nigatur.*

Iuerat pauper in sylvam ligna vt colligeret. In repererat contemtnis, progrediebatur quare dicitur finem faciebat mutationis, neq; electionis. Tandem cecidit in cauernam luporum, eos fugiens, deuenit ripae cum neque ponte coniuncta, neq; nauicula committit se in flumen, vt ebat a tergo lupi. In illo liquantisper, cum non procul abisset, quum fustibus tur piscatores qui extratum reclinant ad pronam relicto illo semianimo discedunt. Paulo post recurretereuntibus narrat casum suum, & de aduersis suis precit, ruit maceria, & nugatorem inter fermocinacat & hoc; maximis saepe periculis excepto minime tinguui.

*Onia deditur.*

Gulae deditus quidam ad epulas inuitatus in ma ab vrbe paulo longius, dum proficiscitur spe longiorum & opipare instructum capui, in itinere repociparum vt etiam per derisionem lotio suo aspergeret. Cum qua transeundum fuerat, subito ea nocte ad abduceser tantam: vt cum manifesto discrimine in pressione intelligeret, redire tristis, atque post erepam puerocerrime esurire cepit. Itaque cum ad piram, quae inuenerat, venisset, & haec cetera latrantibus intelletis.

Fabula docet, contemptus & fastidii saepe has puer paulo ante homines spreuerit & abiecerat: ea amplentantur.